UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

29. Considerando varias figuras Passionis Christi ex veteri Testamento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

MODUS XXIX.

VIgeſimus nonus Paſſionem Chriſti me
di modus eſt: aſſumere varias figur
teris teſtamenti, in quibus eſt Chriſti Pa
veritas adumbrata, & quarum adumbrat
veritate Paſſionis Dominicæ ad vivum er
Exploratiſſimum quippe eſt, totam Chr
tam, potiſſimùm verò Paſſionem, in geſti
ris Eccleſiæ, omnino fuiſſe delineatam, ad
inter cauſas mortis ſuæ, ipſemet Chriſtus
quoque non ſemel numeraverit: adim
nem ſcilicet ſcripturarum. hoc eſt figu
& Prophetiarum in ſcripturis antiquis p
ſarum. Ut alia verba Chriſti non rec
ſufficit adduxiſſe illa Domini verba ad
Matt. 26. 54. ante Paſſionem dicta. [*Quomodo ergo*
buntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? Et
Luc. 24. 26. diſcipulos poſt reſurrectionem. [*No*
oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in
ſuam? Et *incipiens à Moyſe, & omnibus*
tis, interpretabatur illis in omnibus ſcriptur
de ipſo erant.] Cum ergo plenæ ſint
ſcripturæ Chriſto: & omnes omnem ejus
doctrinam, mores, opera, Paſſionem, m
reſurrectionem, Aſcenſionem, Eccleſiam
cleſiæ regimen loquantur, commodè ſi
facilè poſſumus Paſſionem Chriſti veram
guris veteribus elegantiſſimè delineatam
tari: ſpectare, ac meditari. Dabo ejus n
cula Paradigmata: quorum ad inſtar d
meditator reliqua colligere poterit.

Gen. 37. 28. I. Joſeph, filius Jacob Patriarchæ, o
trum ſuorum, operâ & conſilio poti

udæ, venditus, in Ægyptumque ductus: evi-
enter Chriſtum, ab Juda diſcipulo hoſtibus ſuis
enditum figuravit.

II. David Rex fugiens ex Jeruſalem à facie 2. *Reg.* 15. 23.
Abſalonis Filii, eique adhærentium conjurato-
um, torrentemque Cedron tranſiens: Chriſti
Domini, ex eadem urbe, tranſeuntem torren-
em, cum diſcipulis egredientis, tumultum &
urbam ciente Juda, atque cohortes & miniſtros
d comprehenſionem Domini Patrisque ſui con-
regante, manifeſta figura fuit.

III. Jacob totâ nocte colluctans cum Ange- *Gen.* 32. 24.
o, roburque contra metum Eſau fratris ſui ab
ratione accipiens, figuravit Chriſtum orantem
n horto, ubi & apparuit ei Angelus confortans
um.

IV. Joab Amaſæ obvians, eumque oſculans, 2. *Reg.* 20. 9.
&, ſalve mi frater compellans, interim tamen
gladio confodiens: Judam proditorem Chriſti
per oſculum, & per vocem, *Ave Rabbi*, lucu-
enter expreſſit.

V. Samſon, à Philiſtæis captus, vinctus, ex- *Jud.* 10. 25.
cæcatus, ludens coram Principibus, graphice
Chriſtum captum ab Judæis vinctum, ad Princi-
pes Sacerdotum adductum, ibi oculis velatum,
varieque indigniſſimis modis illuſum, & blaſ-
phematum depinxit.

VI. Job à vertice capitis ad plantam pedis *Job.* 2. 7.
ulcere peſſimo percuſſus, vulnere ſuper vulnus
conciſus: viva fuit imago Chriſti flagellati adeò
immaniter, ut multis vulnerum millibus con-
cinderetur, ut non tam flagellatus, quàm aratro
aratus, inſtarque terræ, ſulcis prolongatis, diſſe-
ctus eſſet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gen. 2. 13. VII. Aries hærens carnibus inter ve
Patriarcha Abraham, pro Iſaac imm
Chriſtum ſpinis coronatum expreſſit.

1. Reg. 21. 13. VIII. David apud Regem Achis, pro
& ſtulto habitus: Chriſti ab Herode Re
que exercitu illuſi, inque ſtultitiæ ejus
alba veſte induti figura fuit.

Cant. 3. 11. IX. Salomon in die deſponſationis ſ
tre coronatus, & ſpectandus filiabus Je
propoſitus, JEſum purpurâ indutum,
ſerto redimitum, ſceptrum arundineum
geſtantem, genu flexo, conſputatione
Regiâ ſalutatione illuſum, à Pilato ad P
cum illa voce; *Ecce Homo*, productum
mavit.

Gen. 22. 6. X. Iſaac ligna in montem portans, I
dem à Patre immolandus, Chriſtum ba
Iſa. 53. 8. ſibi Crucem, usque in eum, qui dicitur
locum, ubi à Patre Æterno, propter ſc
puli ſui erat percutiendus, atque ma
immo re ipsâ eſt mactatus: adeò vivi
coloribus depinxit: ut etiam locus lo
reſpondeat: in quo enim monte, & mo
le Iſaac immolandus fuerat, in eo ipſo
reipsâ oblatus eſt.

Exod. 12. 8. XI. Agnus Paſchalis anniculus, im
tus, igni toſtus, cum lactucis agreſtibu
nanter ad veſperam ſacrificatus, & ſin
oſſis confractione devoratus: univerſ
ſti in Cruce cruentum ſacrificium, ſac
tum, atque fructum etiam, planiſſimè de

Num. 35. 28. XII. Mors ſummi Sacerdotis: p
revertebantur exules in Patriam i
Chriſti mortem omni humano generi

iſo exulanti ſalutarem, Patriamque cæleſtem
aperientem & reſtituentem demonſtravit.

XIII. Quatuor fluvii de Paradiſo egredien- *Gen.2.10.*
tes, univerſamque terram circumeuntes, ac irri-
gantes: Quatuor præcipua Chriſti in manibus
pedibusque vulnera, quæ vivens ſubiit præſignâ-
runt. Quinque autem Civitates refugii; quin- *Num.35.11.*
que lapilli Davidici ad depellandum Go-
liam electi; quinque vulnera Chriſti oſten-
derunt.

XIV. Oſtium, in latere Arcæ à Noëmo fa- *1.Reg.17.40.*
ctum: vulnus lateris Chriſti figuravit.

XV. Mare rubrum per quod ſicco veſtigio *Gen.6.16.*
filii Iſrael ex Ægypto, versùs terram promiſſio-
nis egreſſi ſunt, Ægyptiis omnibus interim in
mari demerſis ac ſepultis: Redemptionem no-
ſtram, & ſalutem per Chriſti ſanguinem nobis
procuratam, omnem autem diaboli poteſtatem,
omnem peccatorum noſtrorum labem, in eo-
dem ſanguine ſepultam & abolitam oſtendit.

XVI. Omnes denique veteris teſtamenti vi- *Exod.14.22.*
ctimæ; omnis tabernaculi Moſaici & templi
Salomonici ſtructura, figura, ſupellex, ipſiſſi-
mæ Chriſti Domini Paſſionis & mortis imagi-
nes fuerunt: quarum omnium recenſendarum
hic locus non eſt. Recenſentur earum non
paucæ, in toto ſuper Paſſionem Dominicam
Tractatu ſeu Commentario: ad initium cujus-
que ferè Paragraphi, unà cum Prophetiis, quod-
libet pænè Paſſionis membrum concernentibus,
inde eas petere cuilibet licebit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN